

15

EPISTULA IULIANI HERETICI AD DEMETRIADEM VIRGINEM MALE SENTIENS DE LIBERO ARBITRIO.

SISUMMO INGENIO PARIQUE FRETUS SCIENTIA officium scribendi facile me implere posse crederem, tamen tam arduum hoc opus ingredi sine magno difficultatis amore non possum. Scribendum est tamen ad Demetriadem virginem Xpi virginem nobilem virginem divitem. Et quod his maius est ardore fidei nobilitate divitiarum calcantem, quam utique prout insignis admiratione virtutis ut laudare omnibus facile, ita docere difficile est. Cui enim oratio deesse possit in eius laude celebranda. quae summo loco patet in summis operibus delitiis quoque nutritae. tantis tamque variis utitur humus blandimentis. uel ut tenacissimis quibus dum in strictae vinculis subito eruperit. Cunctaque simul corporis bona animi virtute mutauerit. quae florem adhuc ipsum in euntis aetatis. quod a fidei gladio id est uoluntate succiderit. et crucifigens cum Xpo carne sua. uitiam sam quoque hostia sacrauerit. de nobilissimi sanguinis posteritate uirginitatis amore contempserit. Prona autem et facilis dicendi uiae quae ipsa ubertate materiae cursum orationis accendit. sed nobis alio magis tenere pergendum est. quibus propositum est institutione uirginis non laudem scribere. nec tam paratus iam uirtutes ei exprimere quam parandas. magis quam reliquam ordinare uitam quam ornare praeterita. Est autem difficillimum cum eius persona facere. In qua cupiditatis tantia discendi est. tantus quoque perfectionis ardor. utei quaelibet perfecta doctrina parere uix possit. Meminit enim recte quae meminit. quae mundi operis gloriam quae respuerit. quibus uoluptatibus renuntiauerit. quae denique contempserit uitae praesentis illecebras. et ideo contentatus est communi hoc mediocri quoque genere uiuendi. et quod facile ipsa multorum societate uiles cat. Nouum aliquid et insuetum requirit. praecipuum ac singulare quodam flagrat. non minus conuersationem suam quam conuersionem cupit esse mirabilem. In saeculo nobilis. apud dm cupit esse nobilior. Tum praeciosa requirit in moribus. quam contempsit in rebus. Hunc itaque tam deuotae tantae ardorem. hanc tantae perfectionis stam